¶ Utꝝ filiusfamilias poſtq̄ꝫ ꝑuenit ad pubtatē vouē poſſit. Rͦ ſm Tho.ſcda ſcde.q.88. Is qui venit ad annos pub tatis.ſi ſit libē ꝯditiōis eſt q͂dē ſue po teſtatis q̄ꝫtū ad ea q̄ ꝑtinēt ad ſuā ꝑſo nā.puta ꝙ ꝑ votū obliget ſe religioni vel ꝙ mr̄imoniū ꝯhat. Nō ē auteꝫ ſue ptātis q̄ꝫtū ad diſpēſationē domeſticā vñ circa hoc nō pōt aliqd vouē qd ſit ratū ſine conſenſu pr̄is. A .Idē etiā ī alījs ꝑ que p̄iudicaret̃ iuri patrie po teſtatis.ut ī abſtinētījs ⁊ pegrinatiōi bus ⁊ hmōi.ī qbꝫ nō pōt filius vouē niſi ꝑegrinationē trāſmarinā ī ſubſi diū terre ſancte.ex͂ de voto.c.ex multa §.ꝙ aūt.ſm Hoſti. Et h̃ verꝫ ē niſi pr̃ ꝯſenſerit expreſſe uel tacite.s.nō ꝯdi cendo.ſm Inno.⁊ ī ſū.eo.ti.q.33. B Et idē ē de filia q̄ ē in domo pr̄is ſine eius conſenſu.ut dr̃ Numeri.30.

¶ Utꝝ ſeruꝰ poſſit vouē. Rͦ ſm Tho. ubi s̄. Seruus ē in ptāte dn̄i etiā q̄ꝫtuꝫ ad ꝑſonales opationes. Vñ nō pōt ſe voto obligare ad religioneꝫ ꝑ quā ab obſeq̄o dn̄i ſui abſtrahatur. Idem de pegrinatione ⁊ ſil̃ibꝫ. A .In alījs aūt ī qbꝫ nō p̄iudicatur dn̄o pōt ſeruꝰ vo uere.ut de dicendo orōnes ⁊ ſiſia ſm Tho.⁊ Pe. Et ſm Hug̃.pōt etiā inui to dn̄o vouere ꝯtinentiā ⁊ renūciare ꝓprījs.ut in ſū.eo.ti.q.63.ad fi. Et de ſeruis q̊ ad ingreſſū religionis dictū ē s̄.religio 2°.§.3°.⁊ 4°. B

¶ Utꝝ religioſus poſſit vouē. Rᷣº ſm
Tho. ubi ſ. Cū nullū tēpus exceptū ſit
ī q̊ ꝑlatꝰ nō poſſit ſubditū circa aliqd
occupare. iō nullū votū religioſi fir-
mū ē niſi de conſenſu ꝑlati. qa non eſt
ſue poteſtatꝭ. Unū ⁊ ſm Ray. ſi vouerit
nō dꝫ exeq ſine licētia ꝑlati ne forte ſu
per eū aliȷ ſcādaliȥent̃ ſi eoꝝ ꝯſuetudi-
nes voluerit excedē. uel ne detur occa-
ſio euagādi. zo. q. 4. mōachū. §. veꝝ
4i. diſ. qſqs. Addit etiā Inno. ꝙ ſi vo-
ueret dicere pſalmū uel aliaꝫ orōnem
vbi nullū ꝑiudiciū ꝯtingere poſſet. ſer
uet votū qa licitū eſt. Sꝫ dictū Tho. ve
rius vr̄. A. Immo vtrūqꝫ verū eſt.
qa Inno. loqtur ī caſu q̊ in nullo dero
gat̃ obie ꝑlatoꝝ ⁊ obſequȷ̄s religiōis
ſeu paci. B. Seruandū ē etiā votum
ſtrictioris religionis. ad quā ſi trāſire
velit ⁊ nō ex leuitate uel iactura ſui or
dinis. ſ ex dīna inſpiratiōe. dꝫ liçīam
petere a ꝑlato. ⁊ poſtea ſiue fuerit ꝯceſ-
ſa ſiue nō pōt tranſire. ex̄ de regu. licet.
Et hūc caſū habes ſ. religio. 5. §. ꝑ̊. A
⁊ ī ꝑ̇ncipio. ⁊ hec nōtur in ſū. eo. ti.
q. z5. B

¶ Utꝝ clericus poſſit vouere. Rᷣº ſm
Hoſti. Sine licētia ſui ꝑlati nō pōt vo
uere ꝑegrinationē. de ꝯſe. diſ. 5. non
oꝫ. ex̄ eo. magne. §. veꝝ. nec aliud vo-
tū ꝑ qd̕ oporteat relinqre eccliaꝫ ſuam
ex̄ de renū. admonet. ſ vouē pōt religi
onē īrrate. A. facit. c. due ſūt. 19. q.
z. B. vl̕ aliqd̕ votū nō ꝑegrinatiōis
ſ caritatis. abſtinētie uel orōnis facere
Dicūt etiā qdā ꝙ votū ultramarinuꝫ
pōt facere ſine licētia prelati. ex̄ eo. ex
multa. c. plt̕. ⁊ c. fi. Aliȷ aūt ītelligunt
de licētia ꝑlati uel ſedis apl̄ice. ex̄ d̕ cle.
nō reſi. fratnitati. ⁊ ī ꝑdicto. §. veruꝫ.
Nā ⁊ clici maxīe bn̄ficiati ſine licentia
epī ꝑegrinari nō debēt. ut ī dcō. c. ma-
gne. A. Idē ī ſū. eo. ti. q. z5. Et ve-
rius vr̄ ꝙ clericꝰ ſine alia licētia poſſit
facē votū ultramarinū ſi ītre ſcē poſſit
eē vtilis ꝑ ſe uel ꝑ alios ſecū ducēdos.
ut ī dcō. c. ex mlta. §. fi. ⁊ dcō. c. fi. B

¶ Utꝝ pſone q̄ ſūt ſubiecte alterıꝰ vo
lūtati peccēt vouēdo. vtputa vxor. ſer
uus. filiuſfamilias. monachꝰ. ⁊ hꝰmōi
Rᷣº ſm Tho. ubi ſ. Licet votū hꝰmodi
ꝑſonaꝝ nō ſit firmū ſine ꝯſenſu ipſoꝝ
qbus ſubiȷciūt̃. nō tn̄ peccāt vouēdo.
qa in eoꝝ voto ītelligit̃ debita ꝯditio.
s. ſi ſuis ſuꝑioribꝫ placuerit. A. Idē
in ſū. eo. ti. q. 33. B

¶ Utꝝ pater. tutor. maritus. abbas. ⁊
hꝰmōi peccēt reuocādo votū ſubiecto
rū ſibi. Rᷣº. Nō peccāt. ſ vtūt̃ ſuo iure
a deo ⁊ canone ſibi ꝯceſſo. nec vouētes
peccāt nō iplendo. 33. q. 5. voluit. ⁊ c.
manifeſtū. A. Idē in ſū. eo. ti. q. 3z.
ſm Inno. Hoſti. ⁊ xv. Predicti tn̄ pec
cant ſi ſine cā iuſta reuocant qd̕ prius
conceſſerint. dcō. c. manifeſtū. Et ſilr̄
peccare videnť ſi ſubiectoꝝ votis ꝯtra
rationē ⁊ eoꝝ bonā ꝯſcientiā ſeu mali
cioſe reſiſtāt. cū arbitriū ⁊ ꝑtās ſemꝑ
videat̃ ꝯceſſa ad iudiciū boni viri. ff.
ꝓ ſocio. l. ī ꝓpoſita. ⁊. l. ſe. ⁊. xi. q. 3. ꝑui
legiū. B. De voto aūt vxoꝝ. vide in
c. ſe. ⁊ in alio īmediate.

Votū zº de voto ꝯiu-
gū ī cōi. Utꝝ
vxor vouere poſſit. Rᷣº ſcdm
Ray. Si vxores emiſerit votū abſtinē
tie uel ꝑegrinatiōis. uel cōtinētie. uel
qdcūqꝫ aliud nō debēt auctoritate ſua
ꝯtrauenire. ſ viri ꝑn̄t irritare etiam ſi
an̄ mrīmoniuꝫ ꝯtractū emiſerāt votū
33. q. 5. voluit. Probabilior videt̃ opi.
Hugͦ. 33. q. 5. manifeſtū. s. ꝙ vir illa ſo
la vxoris vota reuocare pōt q̄ ipſa iple
re non poteſt ſine ſcandalo viri. ut de

ieiunijs. de ſurgẽdo ad matutinas. ⁊
hꝰmõi. Alia vͦo nõ. ut ſi vouẽt ꝙ daret
aliqd de ꝑpͦo ubi ꝯſuetudo ẽ ꝙ mulier
hr̃e pōt bona parafernalia. uel ſi voue-
rit aliquã orõnē. ⁊ hꝰmõi. A. Dictū
etiã Ray. pōt ſm hoc ĩtelligi. Et qd̕ dr̃
de voto ĩtelligit̃ etiã de iuramẽto. ut ĩ
ſū. li° ꝑ. ti. 8. q. 35. ⁊ ſe. B. Nõ tñ ꝙ
nõ petet debitū. ut ĩ ſe. §. dr̃. A. Im-
mo bñ pōt alter ꝯiugū facẽ votū d̕ nõ
exigẽdo. ut expſſe hr̃ in. c. qdã. ex̃ de
ꝯuer. ꝯiu. ⁊ tenet Hug. ut in ſū. eo. ti.
q. 37. B. Nec ꝙ nõ ꝯſentiat adultio
qa non pōt fieri votū de eo ad qd̕ quis
alˀ tenet̃. ut dr̃ ſ. votū ꝑ. §. 7°. A. Ve-
rū ẽ ut ſit eiuſdẽ obligationis cū voto
ſupͣ ad quã alˀ nõ obligat̃ ſꝫ maioris
videlicꝫ tã ex ꝑma cã. puta nõ furãdi.
qͣꝫ ex ſecūda videlꝫ voti. Nam ꝑmiſſio
etiã ſup obligatione ꝓcedẽti nõ tollit
obligationē ſꝫ adducit nouã. C. d̕ no-
uat. l. fi. vñ bñ valet votū de nõ ꝯſen-
tiẽdo adultio ſm Hug. ⁊ ĩ dcã. q. 37. B

Utrū alter ꝯiugū poſſit vouẽ ꝙ non
petet debitū. Rͦ ſm Tho. in 4°. diſ. 32.
Unus nõ pōt ſine ꝯſenſu altius vouẽ
ꝙ nõ reddat debitū. qa hꝫ eẽt ſacrificiū
offerre de alieno. Et ſi tale votū factū
fuerit nõ debet ſuari. qn etiã ſm Pe.
ĩ vouẽdo mulier peccauit. Sed de peti-
tione debiti qdã dicūt ꝙ vnꝰ pōt vouẽ
ſine cõſenſu alterius. qa ĩ hꝫ uterqꝫ ſui
iuris ẽ. Alij dicūt ꝓbabiliꝰ ꝙ nõ. quia
nimis onerosū fieret mr̃imoniū alteri
quẽ ſꝑ oporteret ſubire uerecundiã in
petẽdo debitū. A. Pe. ⁊ Ray. etiam
ſentiūt cū ꝑma. s. ꝙ ꝯiūx pōt vouere
ꝙ nõ petet. Et ſatis facit dcm̃. c. qdã
de ꝯuer. ꝯiu. Al. vͦo ait ꝙ nõ dꝫ aliqs
hꝫ vouẽ. qd̕ ſi vouerit credo ꝙ ꝑ epm
pōt diſpẽſari. ⁊ iniūcta pñia arguẽdꝰ
ẽ d̕ ſtulticia. ut ĩ ſū. eo. ti. q. 43. B

Utrū ꝯiūx ſi dederit licentiã ꝯiugi
ꝙ voueat caſtitatẽ poſſit datã lĩiaꝫ re-
uocare. Rͦ ſm Tho. in 4°. diſ. 32. expo-
nẽdo lr̃am. Si expſſe ꝯſenſit ⁊ lĩiam
dedit. nõ pōt votū cū ꝯiuge emiſſū re-
uocare. 33. q. 5. §. fi. A. Con. Al. Et
addit̃ Pe. ꝙ aut dedit lĩiam ĩ facie ec-
cleſie q̃ſi ĩ iudicio. ⁊ tūc ñ pōt reuocare
Aut ĩ ꝑuato. ⁊ tūc añ vſū lĩie reuoca-
re pōt. ſꝫ nõ pꝰea. ut ĩ ſū. eo. ti. q. 45. B
Si aūt vir ad tẽpus diſſimulat vxoris
votū. ⁊ pꝰea habita deliberatiõe reuo-
cat. mulier nõ tenet̃ implẽ. Con. Al.
Sꝫ addit Inno. ꝙ etiã ꝯiūx q dat lĩiaꝫ
vouẽdi. ſi ipe nõ voueat ĩpedit̃ exigẽ
debituꝫ. ar. ex̃ de ꝯuer. ꝯiu. c. ꝑ. Idem
Hoſti. ⁊ Ber. A. Idẽ in dcã. q. 45. B
Alia vͦo vxoris vota ĩ qbꝰ reqrit̃ ꝯſen-
ſus viri. vir etiã pꝰqꝫ ꝯſenſit reuocare
pōt. ut in ꝑdcõ. §. fi. ſꝫ tñ peccat reuocã-
do qd̕ ꝯſenſit. 33. q. 5. manifeſtū. Uxor
tñ obedire viro debet. vt ibi habet̃.

Quid ſi ambo ꝯiuges ĩ domo voue-
rūt ꝯtinẽtiã ⁊ alt̃ velit frangẽ? Rͦ ſm
Ray. Si ambo pari cõſenſu emiſerunt
votū. tūc etiã ſi maritus velit penitere
⁊ votū frãgẽ. ipa inſtant̃ dꝫ ꝑſeuerare
ĩ voto qd̕ fecit. 33. q. 5. qd̕ deo. ⁊. c. vna
ſola. ⁊. c. manifeſtum. ⁊. §. ex ꝑmiſſis.
Con. Inno. ⁊ Hoſti. addẽs ꝙ ꝓpt̃ huꝰ-
mõi votū vtriuſqꝫ ñ pōt vnꝰ ſine lĩia
alterius religionẽ ĩtrare. A. Idẽ ĩ ſū.
eo. ti. q. 46. Et addit̃ ſm eoſdẽ. Non
ob. ex̃ de iure iurã. tua nos. vbi ꝓmiſ-
ſio facta ĩuicẽ etiã cū iuramẽto de non
ſe petẽdo. ſ. admoniti nolūt ſeruare ca-
ſtitatẽ nõ artat eos. qa ibi nõ fecerunt
votū continentie. B

Utrū ĩ votĩ ꝑficiendis uľ dimittẽdis
vir ⁊ vxor ad paria iudicent̃. Rͦ ſcdm
Ray. Q̃tum ad votū ꝯtinẽtie ſm oẽs
vir ⁊ vxor ad paria iudicãt̃. 32. q. 1. ſi

qs vxorē.7.q.5.p̄cepit.7.c.xp̄iana.In
voto aūt abſtinētie dicūt qdā q cum
vir caput ſit mulier pōt tale votū facē
īuita vxore.33.q.5.mā̄ifeſtū.7.c.no
luit.7.c.h imago.Qđ intelligendū ſm
Hug.niſi.p tale votū fieret vxori p̄iu
diciū ī debito reddēdo.qđ ſatis videt
ꝓbabile p iura p̄dicta.ut p.c.ſi qs vxo
rem.7.c.p̄cepit.7.c.xp̄iana.In voto
vͦo pegrinatiōis dicendū q neut diu-
gū altero īuito pōt facē.ar.27.q.2.ſi
tu.23.q.5.q deo.Fallit h ī voto hiero
ſolymitano.qđ ī fauorē tre ſancte 7 fi
dei xp̄iane pōt vir ſine lnīa vxor facē
7 īplere.Vxor tn̄ ut ꝯſentiat ē attenti⁹
admonēda.ex̄ eo.ex multa.Vel ſi nō
vult remanere ſeq̄t vir.ex̄ eo.q ſup.ī
fi.Con.Inno.ſilit 7 Hoſti.dicēs q p̄-
ter votū vltramarinū neut diugū pe-
grinari pōt ſine cōſenſu altius.imo ſi
aliq̄ ꝯſenſit pōt reuocare q̄uis.peccet
h Inno.tn̄ q̄tū ad modicā pegrinatio
nē etiā ſine voto ꝓpt diſponendā do-
mū.ul etiā q̄tū ad trā̄ſferendū domi-
ciliū alio.vr tenēda ſnīa.Tho.ī 4°.diſ.
38.ubi dicit q ī diſpoſitiōe dom⁹ 7 in
regimīe vite mulier ſubiecta ſē viro 7
nō ecōuerſo.7 iō ī talib⁹ vir pōt ſine li-
cētia vxoris vouere.ſ nō eꝯ.Et đ hoc
etiā hēs.ī.uxor.§.4°.A.Verū ē q ad
maritū ptīet gubernatio dom⁹.23.q.
4.duo iſta.iō ſup his pōt vouē.7 etiā
ſine voto pegrinationē ad dictā gub-
nationē neceſſariā facere.ar.l.2.ff.de
iur.om.iu.Et idē qđ ī h.§.nō.in ſū.
eo.ti.q.61. B

¶ Vtz vir timēs de īcontinētia vxor
poſſit facē votū ultramarinū.R° ſm
Tho.ī q̄libet.Ea q̄ ſūt ncc̄itatis nō ſūt
p̄termittēda ꝓpt ea q̄ ſūt ꝓpe volūtat
Vn̄ 7 dn̄s Math.15°.rephēdit pharīſe
os q dicebāt p̄termittendū mandatū
dei de honoratione pentū ut aliq̄ obla
tiones volūtarie deo offerrēt.Ex ne-
ceſſitate aūt viro īminet ut gerat curā
vxor.qa caput mulier vir ē.ut dr̄.i.
Cor.xi°.Sꝫ q accipiat crucē ad trā̄ſfe-
rendū ſe ultra mare ſubiacet ꝓpe volū
tati.Vn̄ ſi vxor ſit talis q̄ ſeq nō poſſit
7 de eius incōtinētia timeat.nō ē ꝯſu-
lendū ei q accipiat crucem 7 dimittat
vxorē.Sec⁹ aūt ſi vxor volūtario ꝯti-
nere ꝓponat.uel ſi velit 7 poſſit ſequi
virū.Con.Al.dicēs q vir vxor timēs
piculū meli⁹ facit nō pegrinari etiā p
ſubſidio terre ſancte. A.Idē ī ſū.eo.
ti.q.62. B.Vxor q̊q; īuito viro ſm
Hoſti.pōt votū hieroſolymitanū emit
tere.Sꝫ tn̄ ſi ſit ſuſpecta uel nimis iu-
uenis nō exeq̄tur pſonalit.ſ votū re-
dimet eo q īhabilis ē ad eundū.ex̄ eo.
q ſup his.§.rurſus.Si vͦo pceſſit in
dieb⁹ ſuis 7 n̄ ē ſuſpecta.vadat.nec vo
tū redimat maxīe ſi tal ē q poſſit ſecū
bellatores ducē. A.Et ſi nō pōt ducē
votū oīno ē redimendū.ut ī dcō.c.ex
multa.in fi.Et iō vͦbū maxīe hic ē ſu-
pfluū.ut pꝫ p eundē Hoſti.7 ī ſū.eo.
ti.q.63. B.De voto viri qđ fit reci-
piēdo ordinē ſacrū.vide ſ̄.ordinatio
diugatorū.De voto vͦo diugū circa re-
ligionē hic ſtatim ſeq̄tur.

Votum iiij°s.diu-
gū cir-
ca religionē.Vtz alt diugato
rū poſſit ſe voto obligare ſiue ingredi
religionē ſine alio.R°.Si nō interuenit
carnalis copula pōt alt vouere 7 igre-
di religionē etiā īuito alio.ex̄ đ ꝯuer.
ꝯiu.verū.7.c.ex publico.Poſtq̄ vero
interuenit carnalis copula.ſi vult reli-
gionē ītrare 7 vxor ītret ſilt.uel ſi iā
ē antiq̄ ita q nō ſit ſuſpecta de īconti-
nētia.det lnīam viro 7 ipa promittat

ꝑpetuā ɔtinentiā. ⁊ ſic pōt vir īttare. aliť nō. ex̄ de cōuer. ɔiu. cū ſis p̄ditus. ⁊ c. vxoratus. Eodē mō ſi vxor vult trāſire ad religiōe; viro ī ſeculo remanēte. A. Et ſi p̄dcā forma nō obſuet̄ nō videť valē religionis īgreſſus q̊ ad ſepationē m̄rimonij iā ɔtracti. ſ; bene ad īpedimentū m̄rimonij ɔtrahendi ſi fact⁹ ē cū voto caſtitat̄ exp̄ſſo uľ tacito. puta aſſumēdo habitū cū intētiōe abſolute relinquēdi ſeculū. ex̄ ꝺ ɔuer. ɔiu. c. p̊. ⁊ c. ex pte. cōiuncto. c. ſtatuimus. ex̄ de regu. Et idē qꝺ h̄ nō. ī ſū. lib° p̊. ti. 9. q. 38. ſm Ray. ⁊ p̄e. Et adu̅ūt ꝙ p̄fatū votū ɔtinentie oꝫ fieri in manu ſeu p̄ntia ep̄i. qa ſm xv. h⁹mōi maiora negocia nō debēt expediri per minorē q̄ꝫ p ep̄m uel aliquē de mādato eius. Si tn̄ p aliū fieret īferiorē. ⁊ alr̄ rite factū eēt. nō deberet ꝓpť h̄ ab ep̄o reuocari. ⁊ peccaret ſi de facto reuocaret. maxīe ſi cōſuetudo loci eēt ꝙ talia p minorē q̄ꝫ p ep̄m expediret̄. ut ibi. B

¶ Sꝫ nūqd alť ɔiugū an̄ carnalē copulā poſſit trāſire ad heremū uľ ad recluſoriū. uľ vouē in domo ꝑpetuā cōtinētiā! R° ſm xv. Nō pōt. niſi obliget ſe ad regularē obſeruantiā. ⁊ ad iſta tria ɔſitata q̄ ſunt ī q̄libet religiōe. s. ad cōtinentiā. ad renūciationē ꝓpoꝝ. ⁊ obiam. ar. ex̄ de ɔuer. ɔiu. ex pte. in fi. A. Idē in ſū. eo. ti. q. 39. ſm Tho. Ray. ⁊ Inno. B

¶ Pone ꝙ vxor fecit votū ɔtinentie ad tēpus ⁊ iterī maritus fecit ſe religioſū! R° ſm xv. Debet induci ad īttandū monaſteriū. aut ſi nō ē ſuſpecta ꝙ voueat cōtinentiā. Si ad h̄ induci nō pōt poterit reuocare maritū. niſi ipſa nō ignara iuris tacuit q̄n maritus religionē ītrauit. qa tūc ſm q̄ſdā cogetur religionē ītrare. uel ɔtinentiā vouere nō ex̄ n̄s ſuſpecta. A. Hoc affirmant idē xv. ⁊ Hugꝰ. Addit tn̄ xv. ꝙ ſi maritus interī moriať an̄q̄ꝫ vxor fecerit cōtinētie votū ſeu fuerit īgreſſa religiōe; potīt vxor ad ſcꝺa vota trāſire. ut ī ſū. eo. ti. q. 40. Sꝫ certe h̄ caſu vr̄ ꝙ oīno poſſit reuocari maritus etiā ſi vxor exp̄ſſe cōſenſiſſet. ut in. c. p̊. ex̄ de cōuer. ɔiu. ⁊ ibi glo. B

¶ Quid ſi cōiunx an̄ carnalē copulā; dic ſe velle īttare religionē ⁊ ꝑcraſtinādo differt! R° ſm Ray. Ep̄s debet ſtatuē tēpus īfra qꝺ īgrediať. q̊ elapſo ſi nō fuerit īgreſſus cogať p excoīcationē ſatiſſacē cōiugi. Siue. s. debitū cōiugale. §. p̊. A. Idē ī ſū. eo. ti. q. 41. B

¶ Quid ſi tmino elapſo īgrediať monaſteriū! R° ſcꝺm Ray. Nihilomin⁹ ſi īgreſſus fiat an̄ carnalē copulā valebit. ar. ex̄ de ɔuer. ɔiu. ex publico. Et ſicut dicit Hoſti. coniūx relictus ī ſeculo expectabit intrantē religionē per annū. qꝺ ius cōcedit ei. ⁊ p̊uatus h⁹mōi tp̄is ɔmodū auferre nō pōt. z8. diſ. de his. poſtea q̄ remanſit in ſeculo pōt cū alio libere ɔ̄here. ut ī. c. ex publico. Simile s. īpedimentū p̊. §. z°. A Con. p̄e. ut ī ɔcā. q. 41. vbi etiā pꝫ ſm eoſdē ꝙ m̄rimoniū ſoluiť p ꝓfeſſione; exp̄ſſa; uľ tacitā ingrediētꝭ. ⁊ alť libere pōt ɔ̄here. iō dict⁹ ānus expectať niſi interuenerit interī ɔcā ꝓfeſſio. B

¶ Quid ſi vxori datū ē tēp⁹ ad īgreſſū. ⁊ interī marit⁹ eā p violentiā cog̊ſcit! R° ſm xv. Si m̄rimoniū fuerit factū de p̄nti. nō pōt īttare cōtradicente marito. qa ɔſūmatū ē m̄rimoniū. Idē Hoſti. A. Idē etiā p̄e. ut ī ſū. eo. ti. q. 4z. B. Et idē q̄ncūq̄ꝫ an̄ ꝓfeſſionem cog̊ſcať volūtarie a marito. A. s. dū ē in religiōe. ut ī ɔcā. q. 4z. B

¶ Quid ſi ābo ɔiuges ītrāt religiōe;

7 alteꝝ ul' ambos peniteat 7 velīt exire
añ ꝓfeſſionē? R° ſm Al. Niſi obſtet eiſ
aliud q̄ꝫ votū ꝓbatiōis ſicut ē ↄtinētie
ppetue. tales ſalua ↄſciā redire p̄nt ad
pores āplex⁹. A. Ideꝫ ī ſū. eo. ti. q. 47.
Nō tñ ſp vn⁹ ↄiugū pōt reuocare alte-
rū licentiatū ab eo. ut pꝫ. ī. §. 8°. B
¶ Quid ſi alt' ↄiugū īttauit religionē
ſine lnīa alterius. 7 alter repetit? R°
ſm Ray. tenet' redire ad ↄiugē niſi in
duobꝫ caſibꝫ. Vn⁹ ē. ſi illa q̄ repetit for
nicata fuerit. A. s. publice ſm eundē
Ray. 7 ī ſū. eo. ti. q. 49. Idē vr̄ ſi poſſꝫ
īcōtinēti ꝓbari. ar. c. ſolet. ď ſen. exco.
c. licet. li° 6°. Et qñqꝫ poſt ꝓbationē ſeu
ↄfeſſionē ī iudicio factaꝫ. tūc. n. res vr̄
notoria. ex̄ de coha. cle. 7 mu. c. ſi. B
7 ip̄e caſte vixit. A. s. ſp. Secus ſi p⁹
ↄtractū mr̄imoniū fuiſſet fornicat⁹ ante
īgreſſū religiōis ſiue p⁹. dū tñ añ ꝓfeſſi
onē. Poſt vō ſupueniēs fornicatio nō
irritaret ꝓfeſſiōeꝫ p̄us factā ſm Inno.
7 ī dcā. q. 49. B. Ita q̄ illa nō habeat
exceptionē ↄ illū. A. i. replicationē.
B. Alius ē. ſi forte int' eos fuiſſet lata
ſnīa diuortij ad ſepationē thori. 27. q.
2. agathoſa. ex̄ de diuor. ſignificaſti.
7. q. i. q̄ꝫ piculoſum. Vir aūt ſic vxori
reddit⁹ tenebit' reddē debitū. ſ; nō po
terit exigē ꝓpt' votum emiſſū. 33. q. 5.
vna. ex̄ ď ↄuer. ↄiu. īttauit. 7. c. placet
A. Et in his pꝫ q̄ hⁱ ē veꝝ qñ īgrediēs
fecit tacitū uel exp̄ſſū continētie votū
B. Qñ aūt vnus ↄiugū trāſit ad reli
gionē ꝓpt' fornicationē alteri⁹. ille qui
remāſit ī ſeculo potit poſt mortē īttād
ↄtrahē. q̄a nihil vouit. A. Hoc fuit
dictū Hoſti. 7 Inno. ut in dcā. q. 49.
Et addit Inno. Sec⁹ ē in ordinibꝫ. q̄a
nō pōt fieri ſubdyacon⁹ ī ſeculo rema-
nēs cū vxor adulterata ē in vita ea. Et
ē rō. q̄a vxor cuiuſlibet ī ſacris ordibꝫ

ↄſtituti tenet' ↄtinē p⁹ mortē ei⁹. 28.
diſ. q̄a ſūt. 7. diſ. 32. ſeriati. Sed certe
hⁱ iura loquunt' qñ ordinatio fit vxore
ↄſentiēte. Al' non fit ei p̄iudiciū. ut ſ.
ordinatio ↄiugatoꝝ ī p̄n°. Et iō ꝓpter
eandē rōneꝫ idē vr̄ 7 ī in ordinibꝫ qď 7
ī religiōe. s. q̄ maritus ad ſacros ordi-
nes ꝓmoueri poſſit qñ vxor publice
adult'ata ē. q̄a amiſit ius qď habebat ī
viro. ex̄ de diuor. ſignificaſti. ſm Ber.
in dcā. q. 49. vbi 7 ſubdit' q̄ aliq̄ ītel-
ligunt ꝓ dcm̄. c. ſignificaſti. de īgrediēte
monaſteriū. ſ; certe. c. illud generalit'
loq̄tur 7 īdiſtincte. B
¶ Quid ſi morit' vxor que traxerat vi
rū de monaſterio. q̄a ſine eius lnīa in-
trauerat? R° ſm Ray. Monēdus ē vir
redire ad monaſteriū. 7 ſi hoc nō facit
peccat. ar. 17. q. 2. nos nouim⁹. A. Hoc
ītelligendū qñ fecit votū religiōis uel
ꝓfeſſionē tacitā ſiue exp̄ſſam. al' nō co
geret' ad religionē. ut ī. c. ſtatuim⁹. ex̄
de regu. B. Nō tñ ē cogēdus ad peti-
tionē monaſterij. q̄a ꝓfeſſio quā fecit
nō ſolēnizat votū ꝓpt' īpedimentum
qď erat. s. ex vxore. ex̄ de ↄuer. ↄiu.
placet. Nec tñ pōt licite ↄtrahere cū alia
īpediēte tali ꝓfeſſione. ar. ex̄ de ↄuer.
ↄiu. ex p̄te abbatis. 7 ſi ↄtrahit pec-
cat. 7 dꝫ agē pnīaꝫ. ſ; mr̄imoniū tene-
bit. ar. ex̄ q cle. uel vo. tuti⁹. Nec a tali
vxore pōt exigē debitū ſicut nec a pri-
ma. Ep̄s q̊qꝫ pōt illū añq̄ꝫ cū alia ↄtrahat
cogere redire ad monaſteriū. q̄a ſi non
redit peccat mortalit'. A. Hoc vltimū
fuit dictum. H. ut pꝫ ī ſū. eo. ti. q. 50.
vbi 7 addit'. Sꝫ Goff. dic q̄ ſi vir abſēte
7 ignorāte vxore īttet religionē 7 ibi
ꝓfiteat'. 7 poſt mortē ab ea reuocet'. hoc
caſu poſt mortē vxoris vir potius eſt
monēd⁹ q̄ꝫ ↄpellēd⁹. ut ad mōaſteriū
redeat licꝫ h ſit ↄſultius ad ſalutē. ex̄

de ouer. diu. placet. Si aūt vnus diugū alīo sciēte 7 ꝯsentiēte cui⁹ tn̄ ꝯsensus nō sufficit etiā si ꝯtinentiā ꝑmittat nisi sibi couertat. 33. q. 5. q vxorem monasteriū īgrediat. 7 demū ad vxorē de monasterio reducat. puta qa suspecta ē. talis post mortē vxoris ad monasteriū redire ꝯpellit etiā si de facto ꝯtraxerit cū alia. qa ꝓfessio intuenit. nec defuit ꝯsensus vxoris. ex̄ de ꝯuer. diu. ex pte. 7 cum Goff. con. Hosti. ut ibi. B

¶ Pone q̄ vir sciēte 7 ꝯsentiēte vxore itrauit monasteriū. A. 7 fecit ꝓfessionē tacitā uel exp̄ssā. al' bn̄ posset ꝯtrahere. ex̄ de regu. ꝯsultis. B. 7 postea illa cū sit iuuenis 7 merito suspecta reuocat eū. qd faciet vir post mortē vxoris? R° ſm Ray. Cogit redire ad monasteriū etiā si de facto ꝯtrxit cū alia. qa ꝓfessio īuenit. nec defuit vxoris ꝯsensus. ex̄ de conuer. diu. ex pte. A. Hoc vr̄ potius fuisse dictū Goff. ut p3 i ocā. q. 30. Et aduertēdū q̄ h̄ casu nō sp̄ reuocatio pōt fieri. nec ex h̄ mr̄imoniū post ꝯtractū semp dirimit. Vn̄ sciendū ſm Ho. q̄ ꝑsona suspecta virū licentiās ad religioē; nō pōt ipm reuocare. s̄ tenet intrare religione si eā ꝯmode potuerit iuenire. Si aūt non pōt aut nō credebat se eē suspectā de incōtinētia cū tn̄ eēt. pōt lnīatu3 reuocare. qa nō recipitur apud deū illius viri ꝯuersio cuius seqtur ꝯiugalis federis ꝓstitutio. Hosti. vo dicit q̄ si vir inscia 7 iuita vxore itrauit. postea redditus ei non exiget debitū. nec ad scd̄a vota trāsibit. Si aūt d̄ ꝯsensu vxoris trāsiuit 7 ꝓfessus ē. si mulier nō ꝑmisit ꝯtinentia reuocari vir pōtit. Si aūt ꝯtinētiā ꝑmisit 7 iuuenis ē ꝯpellit itrare religionem. ex̄ de ꝯuer. ꝯiu. significauit 7. c. dudū. Al' si senex ē ꝑpetuā vouēdo ꝯtinentiā remanē pōt i domo ꝓpa ex̄ d̄ ꝯuer. ꝯiu. c. cū sis. 7. c. ꝯiugatus itantū q̄ si is qui remanet ꝯ̄hat mr̄imoniū nō teneret sicut nec mr̄imoniū eius q̄ ꝑpetuā ꝯtinentiā vouēs dedit viro lnīam ut ad sacros ordīes ꝓmoueret. 32. dis. seriatim. Solēnizat eni3 votum ī ꝓfessione vel in ordinatiōe absoluti. Et hoc intelligas scd̄m Jo. qn̄ mulier certificata fuit q̄ sibi perpetuo p̄iudicabat. Al' si simplex 7 iuris ignara nō itēdebat sic ꝑpetuo se obligare tenet mr̄imoniu3 ab ea ꝯ̄ctū. ar. ex̄ de ꝯuer. ꝯiu. veniens. Con. Goff. Et ex his p3 q̄ ꝓfessio lnīati aliqn̄ tenet. 7 aliqn̄ nō. Et p̄ casu mr̄imoniu3 p⁹ ꝯtractū dirimit. s̄ n̄ i 2° cū nō fuerit votū solēne sed simplex. 7 ió nō dirimit mr̄imoniū p⁹ ꝯtractū. ex̄ d̄ vo. 7 voti redēp. c. vno. li° 6°. Vn̄ 7 Jnno. dicit q̄ votū qd̄ fit vxore iuita ul' etiā volūtaria s̄ nō vouēte vel religionem intrāte. nō ē solēne. s̄ simplex. 7 ió īpedit mr̄imoniū ꝯtrahēdū s̄ nō dirimit iā ꝯ̄ctū. ex̄ de ꝯuer. diu. placet. Et q̄ si post īgressū tatū habuerit votū marito h̄ petēte tenet ingressus. 7 ipa cogitur itrare. Idē dicit si ipe vir p⁹ mortē vxoris porē īgressū q nō tenuit ratificat exp̄sse seu tacite. ar. ex̄ de his q̄ vi metus ve cā fiūt. c. p̄. Dic etiā q̄ itelligit ratificare etiā si p momētū ī religione steterit post mortē vxoris etiamsi eius mortem igrauerit. ut ī ocā. q. 30. Itē Jnno. ī. c. significauit. ex̄ de ꝯuer. ꝯiu. dicit q̄ lic3 ī p̄dictis casib; suspecta mulier cogat monasteriū itrare. n̄ tn̄ coget fieri monacha nec viuere monachalit. h̄ excepto q̄ ꝯpescet a vagatione 7 custodiet ne luxuriari possit. sub ꝯes. Fatemur tn̄ q̄ si mulier ē suspecta

anteq̄ꝫ admittat̃ ꝓfeſſio viri debet mu
lierē facē ꝓfiteri. Et ſic loqt̃. c. cū ſis.
ex̃ de cōuer. ꝯiu. Tamē ſi ſuſpecta ē vi
ri ꝓfeſſio ⁊ nō mulieris ſ̃tm̄ ꝑſtitit cō
tinētie votū. n̄ facēꝫ eā mō ꝓfiteri. Et
ſubdit. Aliꝗ tn̄ dicūt alit̃. s. q̄ hoc ipſo
q̄ dat lnīam viro ⁊ emiſit ꝯtinētie vo
tū pōt cogi ītrare monaſteriū ⁊ viuere
ſine ꝓpo ⁊ ſub obediētia. Et hꝫ tenēt
Ber. ⁊ Goff. p. c. q vxorē. z .q. 5. ⁊ pꝫ
ī dcā. q. 50. Forte dictū Inno. pōt ve
rificari qn̄ īuenit̃ monaſteriū ī q̊ talis
mulier poſſet ſine aliaꝝ ſcādalo ⁊ tute
cuſtodiri etiā non ꝓfeſſa. qa tūc ceſſat
rō ſuſpitiōis. ar. ex̃ de cōuer. cōiu. c. p̊
⁊ c. vxoratus. At obtineat ſnīa Goff.
⁊ Ber. cū alt̃ nō poſſit debite ꝯ̃ ſuſpiti
onē ꝓuideri. ex̃ de ꝯuer. cōiu. cū ſis. B

¶ Quid ſi vxor vi uel metu coacta de
dit viro lnīam intrādi? Rº ſm Hoſti.
Si fuit vis p metū q caderet ī ꝯſtantē
nihil nocet ei. 33. q. 5. notificaſti. niſi
forte poſt tēpus ipa ratificet. ex̃ q cle.
vel vo. īſinuāte. A. Con. xv. ⁊ addit
idē eē ſi īteruenſſet dolus. Et con. Ho
ſti. Goff. ⁊ Jo. ut ī ſū. co. ti. q. 52. B

¶ Quid ſi vxor ſine cuiꝰ licētia vir ī
trauit religionē vult īgredi. ⁊ maritꝰ
ꝯtradicit? Rº ſm Ray. Si vir iā edu
ctus ē de monaſterio ⁊ reſtitutꝰ vxori
nō pōt vxor illo īuito īgredi. 33. q. 5.
qd deo. Si aūt vir nō ē eductus tunc
ſm Inno. mulier ſi in īgreſſu viri cōti
nentiaꝫ vouit pōt īgredi monaſteriuꝫ
27. q. z. agathoſa. Si vō nō vouit. nō
pōt viro īuito īgredi. ⁊ īgreſſa pōt edu
ci. ar. ī dcō. c. qd deo. ſ3 nō pōt debituꝫ
exigē. ut ī dcō. c. qd deo. ex̃ de conuer.
ꝯiu. c. p̊. A. Ray. aūt dicit q̄ etiam ſi
nō fecit votū pōt īuito viro ītrare. 27.
q. z. agathoſa. ⁊. 33. q. 5. q vxorem. Et
con. Pe. Hoſti. ⁊ Goff. ī ſū. co. ti. q. 53.

Dictū iſtoꝝ pōt ītelligi qn̄ vir īgreſſꝰ
ligatus erat religiōi p votū uel p ꝓfeſ
ſionē expꝛ̄ſſam ſeu tacitā. Dictū vero
Inno. qn̄ nō erat ſic ligatus. licꝫ forte
p ſimplex votū teneret̃ ad ꝯtinentiaꝫ
ar. dci. c. quod deo. B

¶ Quid ſi ambo ꝯiuges fornicati ſūt
nūqd pōt alt̃ alt̃o īuito religionē ītra
re? Rº ſm xv. Nō pōt. ſicut ⁊ nōt Hug.
27. q. z. agathoſa. A. Et ſi ītrauerit
poterit reuocari. ſm eoſdē. ut ī ſū. co.
ti. q. 55. B. Qd credo verū eē ſiue
occulta fuerit ſiue publica vtriuſqꝫ for
nicatio. ſiue etiā altiꝰ occulta. A. Etiā
ipſius īgredientis. ut ī dcā. q. 55. B
alterius publica.

¶ Quid ſi vterqꝫ nō petita lnīa ab al
tero religiōeꝫ ītrauit? Rº ſm xv. Non
poterūt ſe īuicē repetē. qa neuter pōt
dicē ab alt̃o ſe ſpoliatū. ſ3 vterqꝫ ītran
do vr̃ renūciaſſe iuri qd habebat ⁊ iu
ri exigēdi debitū. iō votū vtriuſqꝫ te
nuit ⁊ quo ad debitū exigendū ⁊ quo
ad reddendū. A. s. ut nō poſſit exigē
nec teneat̃ reddē. Et id notat̃ ī ſū. co.
ti. q. 56. B

¶ Quid ſi vtqꝫ credēs alteꝝ mortuuꝫ
ītrat monaſteriū. nūqd compta veri
tate pōt alteꝝ repetere? Rº ſm Inno.
Siue ignorātes ſiue ſciētes alteꝝ viuē
īgreſſi ſunt monaſteriū. amboꝝ votuꝫ
ratificatū vr̃ p ꝓfeſſionē volūtariaꝫ ſi
ſecuta ē. A. Secꝰ aūt ſi nō ē ſecuta ꝓ
feſſio expꝛ̄ſſa ſeu tacita. qa tūc nō ſucce
dit obligatio. Et ita pōt ītelligi dictuꝫ
xv. q videt̃ cōtrariū dicē. ut in ſū. co.
ti. q. 57. B. Generalit̃ de voto ītran
di religionē plura ſ. religioꝫ.

Votū vꝰ quo ad com
mutationeꝫ
ſeu diſpēſationē. Vtꝝ ī votis
poſſit diſpenſari uel cōmutari. Rº ſm

Ray. Votū continentie nō cōmutatur maxie ꝑ epos. qa vix uel nunꝙ poſſet aliquid melius īueniri ī quo fieret cōmutatio. ut pꝫ Eccl. 26°. A. Ibi dicit Oīs ponderatio nō eſt digna aīe continentꝭ. Per papam aūt ex cauſa bene pōt fieri talis diſpenſatō etiā ſuper voto ſolēni ꝯtinentie. ut ſ. religio p̊mo. §. 14°. ī additiōe. Speculator aūt ⁊ aliqui alij tenent ꝙ etiā epūs poſſit diſpēſare ex cauſa ſup voto ſimplici ꝯtinentie. puta ne vouens labat in dānabilē fornicationē ſi eſſet iuuenis. ex q cle. uꝉ vo. c. veniens. ubi hoc tangit dominus An. de bu. ⁊ in. c. rurſus. eo. ti. ubi ad finē dicit. Et dato ꝙ epūs nō poſſit diſpenſare ī ꝯtrahendo. s. cū eo. qui vouit continentiā. diſpēſabit tn̄ ſup debito poſt cōtractū exigendo. Siſr etiā tenet Al. ꝙ epūs poſſit diſpēſare ſuper voto de non petēdo debitū cōiugale. ut ſ. votū 3°. §. p̊. in additiōe. B. Et nihilominus ſi quis poſt votū ꝯtinentie ſimplex cōtrahit mr̄imoniū. tenet ꝫ ꝯtrahēdo mortaliter peccat. Alia vō vota ſicut ⁊ ponit Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. 88 poſſūt cōmutari. Nam ut idē ſubdit votū debet eē melioris boni. Id autē qd̄ vouetꝛ aliqn̄ eſt malū uel inutile uꝉ melioris boni impeditiuū. qd̄ eſt ꝯtra rōnem eius qd̄ cadit ſub voto. ⁊ ideo nccē eſt ꝙ determinetꝛ votū ī tali cāu nō eſſe ſeruandū. Et ſi qdē abſolute determinetꝛ aliqd̄ votū nō eſſe ſeruādū. dr̄ eē diſpēſatio voti. Si autē pro hoc qd̄ ſeruādū erat aliqd aliud īponatꝛ. dicitꝛ ꝯmutatio. Vn̄ minus ē votū ꝯmutare ꝙ in votis diſpēſare. Vtrūqꝫ tn̄ in poteſtate eccleſie conſiſtit. A. Idem ī ſū. li° p̊. ti. 8. q. 70. B

¶ Quis pōt in votis diſpēſare uel cōmutare? R°. Dyoceſanus epūs. ex eo. c. p̊. niſi in qbuſdā que ſūt ei expreſſe ꝓhibita. ut eſt votū continētie ꝑut dcm̄ eſt ſ. in p̄cedenti. §. A. Et ibi de hoc melius in additiōe. B. Itē votū terre ſancte. ex eo. ex multa. Adde etiam de voto viſitandi limina aploꝝ Petri ⁊ Pauli. ſiſr ⁊ beati Jacobi. In qbꝫ ſolus papa diſpēſat. ⁊ ita obſeruat curia. A Non ē ergo cōſulendū hoībꝫ ſm̄ q̊ſdā ꝙ dent ſuas pecunias q̄ſtoribꝫ ſeu nūcijs hoſpitaliū. quia fallūt ⁊ decipiunt hoīes. Nam cū redēptio taliū votoꝝ debeat fieri cū auctoritate epī. qa ita dicitꝛ in lr̄is papalibꝫ. alitꝛ. n. ſm̄ predictos fieri nō poteſt. vide ſ. q̄ſtuarij. §. ult. B. Vtꝝ aūt in voto ꝯtinentie poſſit papa cū clericis ⁊ religioſis diſpenſare. vide ſ. religio p̊. §. 15°. q incipit. vtꝝ cum religioſis. A. Et ibi de hoc ī additiōe. Et ſi minor epō d̾ iure cōi non pōt diſpenſare ſuper votis. ut ⁊ ſentit glo. in. c. p̊. ex de voto. ſiſr ⁊ Ray. ut in ſū. eo. ti. q. 71. ubi etiam pꝫ ſm̄ Al. ꝙ epī pn̄t diſpenſare in oībus votis in quibus expreſſe nō ſunt prohibiti ſicut in voto terre ſancte. Item dicit ꝙ nō poteſt diſpēſare in votis ꝑpetuis. q̄ ſunt religionis ⁊ huiuſmōi.

¶ Vtrū prelati pro libito ſuo poſſint in voto diſpenſare. R° ſm̄ Tho. ubi ſ. Sicut prelatus nō poteſt precipe malum. ita nec impedire bonum. s. opa virtutis. Sed ad prelatum ſpectat diiudicare quid ſit magis virtuoſū. Et ideo in manifeſtis diſpenſatio prelati nō excuſat a culpa. puta ſi diſpenſaret cum aliquo ſup voto de igreſſu religionis nulla apparente cauſa. Si aūt eēt cauſa apparēs ꝓpter quam ſaltem ī dubiū verteretꝛ. tunc poſſet ſtari iudicio prelati diſpēſantis uꝉ cōmutantis. nō tamen iudicio ꝓprio niſi eſſet aliquid

manifeſte illicitū. aut nō poſſet qs fa-
cile ad ſupiorē recurrere. A .Idem in
ſū.eo. ti.q.81. B

¶ Sꝫ q̄ ē cā ſufficiēs ut diſpēſet ī vod
uel ut omitti poſſit votū? R° ſm Al. ī
4°. Sufficiēs cā ē paupertas. ut ſi vouit
ieiuniū ⁊ mēdicās nō īuenit hora vna
A .i.tpe ꝯgruo ad ſuſtinēdū ieiuniū
B .q̄tū ſufficiat. Siſr ⁊ īfirmitas.ut
ſi vouit abſtinentiā a vino ⁊ a carnibꝫ
⁊ īcurrit languorē ⁊ hꝰmōi. A .ut ſi
vouit n̄ comedē carnes. ⁊ cū mēdicat
nō dāt ei niſi carnes uel ea q̄ ſūt carni
bus cocta. q̄ ſi nō comedat inedia ꝯſu
mer̄ ſm eundē Al. ⁊ ī ſū.eo.ti.q.82.B

¶ Sꝫ quō dꝫ fieri ꝯmutatio voti? R°
ſm Ray. Debet ſupior hr̄e ꝯſideratō-
nē ad facultates vouend ⁊ expēſas q̄s
factur⁹ erat ſi votū īpleuiſſet. ⁊ etiā ad
laborē ⁊ ſilia. A .Iſta ſilia nō ſūt ni-
ſi ſi ꝯſiderent̄ expēſe ī eundo morādo
⁊ redeūdo ſilr cū labore.ut ī ſū.eo .ti.q
73. B .Et ſi votū erat Hieroſolymita
nū ſeu alr̄ ꝯ̄ hēticos ⁊ īfideles.oīa ſine
diminutione trāſmittat.ex̄ eo.magne
⁊.c. q̄ ſup his. In aliis aūt pegrinati-
onibꝫ.puta ſancti Iacobi ⁊ ſilīū.eedē
expēſe ꝯſiderāde ſūt. ⁊ ī alios pios vſ⁹
ꝯuertēde.ex̄ eo.c.p̊.7.c.ſcripture. Sꝫ
⁊ ad locū pegrinatiōis mittē hꝫ obla-
tiōeꝫ quā ibi erat factur⁹. Sꝫ h̄ vltimū
ītelligendū ē de honeſtate nō de necci-
tate. Nā neqꝫ decretales allegate aliqd
dicūt de hꝰmōi oblatiōe.nec illi eccl̄ie
p h̄ ē acqſitū aliqđ ius.ut ī .c.ſe.§.4°.
In voto aūt abſtinētie habēda ē ratio
aſpitat ⁊ alioꝝ q̄ ī voto ꝯphēſa fuerūt
Id ꝯ affluētia vouēd.ex̄ eo .c.p̊. Unde
cuidā comiti q vouiſſet q̄ ſingulr̄ ſexd
feriis ī pane ⁊ aq̄ ieiunaret.nō ſufficēt
ꝓ ꝯmutatiōe ꝯſtruē vnū altare. ⁊ alle
gat hic Ray.ex̄ eo .pe rpēdimus. Que

decretalis nō ē ī moderna ꝯpilatiōe.ſ
ī pori q̄ currebat eo tpe q̄ Ray.ſūmaꝫ
ꝯpoſuit.ut dictū ē s̄.nouicius.§.3°. A
Predcīs cū Ray.con. Hoſti.ut in dcā
q.73. B

¶ Poe q̄ qdā hn̄s aliena īcerta vouit
ea ī ſubſidiū terre ſancte.nūqd tale vo
tū pōt ab epo cōmutari? R° ſcdm xx.
Nō credo q̄ ſine lnīa pape poſſit ea in
alios vſus vertē. A .etiā ſi īgrediat̄ re
ligionem.ſm eūdē xx. etiā ī ſū.eo.ti.
q.74. B

¶ Utrū votū ꝯ feſtādo ī ſabbato ſemp
ſit mūtādū. R° ſm xx. Mutari pōt.ſ n
ē neccē q̄ mutet̄.qa licitū ē.niſi forte p
ſona ſuſpecta eſſet q̄ vellet iudaiçare.
A .Immo vr̄ ſp mutandū. Nam ſab-
batū ſolēniçare ꝓhibemur niſi aliud
feſtū ī eo ꝯcurrat ne iudaiçare videa-
mur. de ꝯſe.diſ.3.c.p̊.7.c.puenit. Itē
qa h̄ ut plurimū fit ad aliquā ſuſpſti-
tioſaꝫ obſeruantiā q̄ oīno ꝓhiberi dꝫ.
26.q.7.nō obſeruetis.7.c.ſe. B

## Votū vi°

quod ſol-
uit̄ p igreſ
ſum religiōis. Et generaliter
qdē oē votū ſiue tre ſancte ſiue aliud
ꝯmutari pōt in votū religionis etiam
ſine arbitrio ſupioris.qa illud īdubi-
tanter melius ē.ex̄ eo.ſcripture. A. Id
ī ſū. li° p̊.ti.8.q.73. ſm Ray. ⁊ Tho.
B .Sꝫ tn̄ de aliq̊ rege ſiue īpatore uel
alio ꝑpotēte q feciſſꝫ votū terre ſancte
ex q̊ pēderet totus exercit⁹. uel etiā de
aliq̊ q vouiſſet p alīq̊s annos eē in tali
ſubſidio cū centū uel mille militibꝫ ⁊
ſilibꝫ.ubi ꝓbabilr̄ dubitat̄ vtꝝ ꝑpōde
rari debeat cōis vtilitas uel p̊uata. cre
do q̄ papa ꝯſulēdus eēt. A .Id in ſū.
eo.ti.q.75.ſm xx. B

¶ Sꝫ qd ſi qs vouit magnā quātitatē
pecunie ī ſubſidiū terre ſancte. nūqd

liberat⁹ ē p ingreſſū religiōis? R° ſm
xb. Quis ſi vouit ire libatus ſit a labo
re eundi uel aliū mittēdi. nō tn̄ libat⁹
ē q̊ ad pecuniā quā vouit. nec pōt tale
votū p aliū q̄ꝫ p papā ſolui vl' ꝯmuta-
ri. A. Jdē ī ſū. eo. ti. q. 76. B.

¶ Quid ſi qs ꝓ pr̄e uel ꝑ mr̄e ſuſcepit
votū iplendū. nūqd libatus ē p igreſ
ſū religiōis? R° ſm Tho. ī q̄libet. Ex q̊
īgreſſus ſufficit ꝓ ſe. ſufficit ⁊ ꝓ pr̄e ⁊
mr̄e ſua. etiā q̄ꝫuis in īgreſſu de h̄ nihil
itenderit. A. Pōt etiā votū īplere d̄
lnīa p̄lati. ſm eundē Tho. ⁊ ī ſū. eo. ti.
q. 79. B

¶ Quid ſi quis vouit magnā elēyam
oſ̄re paupib⁹ ī gn̄ali. uel etiā ī ſpāli.
aut ꝙ cōſtruēt monaſteriū. nūqd libe
ratur p īgreſſū religiōis? R° ſm xb. Si
ex tali ꝓmiſſione ue ꝑ voto acqſita eēt
actio alicui ul' aliqb⁹. qa forte donauit
uel ꝓmiſit eis. nō libat' niſi de ꝯſenſu
illoꝝ. Secus ē ſi nulla ē acqſita actio.
qa nulli donauit nec ꝓmiſit nec ſe ob-
ligauit aliqb⁹. ſ3 tm̄ deo. qa tūc liberat'
p ingreſſū. A. ſi ītendat illud minus
votū ī h̄ mai⁹ ꝯmutare. ſm eūdē xb.
ut ī ſū. eo. ti. q. 80. Et vr̄ h̄ ītendē niſi
ꝯ̄riū intendat. ut pōt colligi ex dictis
Tho. ⁊ eo. ti. q. 79. ⁊ s̄. §. ꝓxio. B. dū
tn̄ fiat auctoritate epī. ll2ō. n. credo ſuf
ficere auctoritatē ꝓpa3. Sufficit etiam
lnīa abbatis. ut ī ſe. §. A. xb. aūt vr̄
dicē ꝙ ī hoc nō ſufficiat lnīa abbatis.
ut ī dcā. q. 80. Sed certe ī iſto cāu nō
vr̄ nccīa lnīa epī nec abbad ſm Ray. ⁊
Tho. ut in ſū. eo. ti. q. 73. ⁊ s̄. ī p̄ncı̊.
huius. c. ⁊ h̄ q̊ ad vota tp̄alia. In aliꝭ
aūt vr̄ reqri diſpēſatio. ⁊ ꝙ p̄latus reli
giōis poſſit diſpēſare. ut dr̄ ī. §. ſe. B

¶ Utrꝝ abbas uel p̄lat⁹ poſſit abſoluē
religioſos a votis factis an̄ īgreſſū. R°
ſm Ray. Jpſa religio ī ipo īgreſſu ſol-
uit h⁹modi vota. qa ſoluit iuramentū
vtputa mr̄imonij ⁊ h⁹mōi. ex̄ d̄ regu.
ſane. 19. q. 2. due. ex̄ eo. ſcripte. Et di
co p̄cipue ſi ipe in īgreſſu itendebat cō
mutare. Addit Tho. ī q̄libet. ꝙ cū obe
diētia ſit maximū votoꝝ pro oī voto
ſufficiētiſſime recōpenſat. Et qa īgre-
diens religionē nihil pōt retinere ſibi
ꝓpe volūtatis. nullū votū ꝓp̄a volun
tate factū retinē o3. ſ3 id o3 oñdere p̄ri
monaſterij. ⁊ ſe ī h̄ eius ſubijcē volūta
ti. A. Tho. clari⁹ dic ſic. ꝙ l3 qdā di-
cant ꝙ monachus eo ipo ꝙ ꝓfeſſus eſt
abſoluit' ipo iure ab oī voto qd̄ fecit ī
ſeculo. tn̄ quia ī h̄ nūq̄ꝫ vr̄ expſſe facta
diſpenſatio niſi ī tēporali voto. tutius
vr̄ dicēdū ꝙ cū obediētia ſit maximū
votoꝝ p oī voto ſufficiētiſſime recom
pēſat. Et qa īgrediēs religionē nihil
pōt retinē ſibi ꝓpe volūtatis. nullum
votū ꝓp̄a volūtate factū retinē o3. ſ3
illud debet p̄ri oñdere monaſterij ⁊ ſe
ī h̄ eius ſubijcere volūtati. Un̄ nō vi-
deo ꝙ ipſe ſit ipo iure ab oī alio voto
abſolut⁹. niſi a tēporali. puta a pegri-
natiōib⁹ ⁊ ſilib⁹. de q̊ loqr̄. c. ſcripture
S3 volūtate ſui ſupioris pōt oē aliud
votū reſpuere uel tenē. niſi ſit īcōpaſ
ſibile aliꝭ obſeruātijs religiōis uel ca
ritati fraterne. Itē Hoſti. ī dcō. c. ſcri-
pture. dicit ꝙ tutius eſt ꝙ diſpēſet'. In
ſua aūt ſūma dicit ꝙ ſi intrādo ītende
bat ꝯmutare id ad qd̄ p̄mo ſe obliga-
uerat. in nullo remanet obligatus. Si
vero hoc non intendebat recurrat ad
abbatem qui ſecum poterit diſpenſa-
re. ⁊ ſine cuius licentia hoc non poſſet
exequi. Si tamen talis p̄mo votum tē
porale adimpleret ⁊ poſtea religione3
intraret. tuti⁹ faceret. ar. extra de ſpō.
commiſſum. ut ⁊ nota. in ſū. eo. ti. q.
78. Et dr̄ ingrediēs ītēdere ꝯmutare

ſemper quādo contrarium non intēdit
vt ⁊ ī precedenti.§.tactū eſt. B

Uſura p̄ coīter quid ſit.R°ſcđm Ray. Uſura eſt lucrū ex mu-
tuo pacto debitū uł exactū. A .Con.
Inno.ex̄ eo.c.p̊. B .Nō.n.puto vſu
ram ſi gratis oblatū gratis accipitur.
ar.14.q.4.vſura diſ.18.de eulogijs.i.
q.2.ſicut.Unde Goff.ſic diffinit.Uſu
ra eſt quicquid ſorti accedit intētione
precedente vel pacto. A .Nā ſola in-
tentio facit vſuram.ex̄ eo.conſuluit.
de quo in.§.ſe.Et dicit̄ lucꝝ ad differentiam
intereſſe.Nam licet vltra ſortem nō poſ
ſit accipi lucrū tamen intereſſe ſic. puta
ſi vnus tenet rem meā mala fide.⁊ dat
mihi in pignus pro mutuo ſibi a me fa
cto.poſſū dicte rei fructus vltra ſortē
retinere.qa h̄ nō ē lucrū ſ; intereſſe.⁊ iō
retinē poſſū.ex̄ de feu.c.p̊.⁊ ex̄ eo.c.
p̊.⁊.c.cōqſtus.Et lȝ hec capitula loqnt̄
de rebꝫ eccłie.tamē idē eſt ⁊ ī rebꝫ ſecu
lariū.ut ⁊ nōt glo.in dcō.c.p̊.đ vſuꝛ.
Ex mutuo aūt dicit̄.qa in hoc contractu
ꝓprie cōmittit̄ vſura.Deut°.15°.ibi.Si
audieris vocē dn̄i dei tui ⁊c.Facit etiā
c.i.14.q.3.Itē Luc.6°.Mutuū date ⁊c.
⁊ ex̄ eo.conſuluit.Et eſt mutuū contract⁹
in quo quis aliquid dat receptur⁹ nō
idem in numero.ſ; tantundē in gnē
ſuo.Et dicit̄ ex eo ꝙ de meo fiat tuū
qa mutuans transfert dn̄iū in eū cui
mutuat.⁊ fit in rebꝫ que cōſiſtunt ī nu
mero.pondē uel menſura.ut.l.2.ff.
ſi cer.pe.Et cōmittit̄ vſura ī iſto cōtra
ctu quādo aliqd recipitur vltra ſortē
nō obſtante ꝙ mutuās ſuſcipiat ī ſe ī
aliq̊ caſu ſortis piculū.ex̄ eo.nauigāti.
Et licet in mutuo ꝓprie cōmittat̄ vſu
ra.tn̄ idē eſt etiam in alijs contractibꝫ
rōne eqpollentie.ut in emptione ⁊ vē

ditione ad terminū.videlicet quādo
venditur t̄minus ſeu tempus.ut in di
cto.c.nauiganti.Et ideo huic diffini-
tioni videtur addendū.lucrū ex mu-
tuo uel eqpollenti.Pacto dicitur.qa
ſi aliquid detur ſine pacto ⁊ gratis nō
eſſet vſura.ut ⁊ pretactū ē.Exactum
dicitur.quia etiā ſi ſine pacto aliquid
extorqueat̄ vſura cōmittit̄.quia qcqd
accedit ſorti vſura eſt.14.q.3.pleriq;.
Et ut dictū eſt etiā ſola intētione vſu
ra cōmittit̄.ex̄ eo.conſuluit.Et ī pdictis
oībus poteſt colligi.ꝙ vſura ē lucrum
ex mutuo uel eqpollēti pacto uel intē
tione debitū uel exactū. B
Utrū ſola ſpes lucri faciat vſurā.R°.
Sic.ex̄ eo.c.p̊.⁊.c.conſuluit.14.q.3.ſi fe
nerataueris.Qđ intelligit̄ ſm Goff.qn̄
pncipaliter cauſa mutuādi ponitur in
expectatione lucri uel emolumēti.Ał
ſi pncipalit̄ moueatur ad mutuandū
ꝓpter caritatē ⁊ tamen credit ꝙ ille re
tribuet.nō ē vitioſū.ar.77.diſ.ī ſingul
59.diſ.ſi officia.⁊.61.diſ.qd ꝓderit.
Cū.n.qs mutuū dat libalit̄ licite pōt
debitorē ſibi nālit̄ obligari ad ātidota
ex̄ đ teſta.cū ī officijs.ff.đ peti.here.ſ;
⁊ ſi lege.§.conſuluit.Con.Inno.⁊ Ho-
ſti. A .Con.etiā glo.ī.c.conſuluit.ex̄ eo.
⁊ nō.ī ſū.li°2°.ti.7.q.i. B .Qn̄ vō ſub
ſpe recipiēdi mutuat pecūiā.pcipue ſi
ał nō erat mutuatur⁹ qcqd p⁹ea etiā
gratis accipit vſura ē ſiue ſit pecunia
uel alia res.⁊ ſiue cōſiſtat in dādo ſiue
ī faciēdo aliqd.14.q.3.c.p̊.2°.et 3°. A
Hic grat' accipe ītelligit̄.i.ſine vlla ex-
actiōe ſm eundē Ray.⁊ ī dcā.q.i.nō
tn̄ cū liba volūtate cōcedētis.ał n̄ tene
ret̄ ad reſtōnē.licȝ intētio recipiētis
fuiſſet vitioſa.qa in concedendo magis
attendenda eſt voluntas cōcedentis ꝙ
accipiētis.in Inſti.de obli.q̄ ex delic.

naſ. §. placuit. ī fi. vbi vr̄ hoc clare de
terminari. vbi dicit̄ ꝙ 7 ſi credat qs rē
ſibi cōmodatā īuito dn̄o ſe cōtractare
dn̄o aūt volente id fiat. furtū nō com-
mittit̄. Ecce g̊ quō manifeſte tollitur
qa licȝ volūtas accipientis ſit vitioſa.
tn̄ vitiū tollitur per volūtatē domini
rei q̄ nō eſt vitioſa. Pro hoc etiā facit.
quia reſtō, non debet fieri niſi damnū
paſſo. ex̄ d̄ re. iur. pctm̄. li° 6. 7 Leuit.
5°. 7 Numeri 6°. Sed hec ꝯcedēs nō ē
paſſus aliquod dānum. cū ex mera vo
lūtate cōceſſerit. g̊ ſibi nō dȝ fieri aliq̄
reſtō. Cum igit̄ vitiū fuerit ī ſola intē
tione. ad purgationē ſufficit ſola ꝯtri-
tio. ex̄ de ſymo. c. fi. Nō ob. l. ſed 7 ſi.
ff. ſi cer. pe. vbi dicitur ꝙ ſi volui tibi
rem donare. 7 tu credebas tibi mutuo
dari. nō efficit̄ tua ante cōſūptionem
qa hec intētio recipientis 7 cōcedend
diſcordabāt. Sȝ in cāu nr̄o nō ſic. ſed
potius cōcordāt cū concedēs velit da
re 7 recipiēs accipe. Itē, nō ob. c. conſu
luit. ex̄ eo. qa ibi loqtur qn̄ vſura cō-
mittebatur nō ſolū ꝓpt ſpē credito-
ris. ſ; etiā ꝓpt nō liberā volūtatem
debitoris. iō ibi dat̄ reſtō. Al' ſec9. ut
pȝ ex p̄dictis. Et clare 7 formalit fa-
cit qd̄ habet̄ s. reſtō p̊. §. plt. In du-
bio aūt niſi aliud ſaltem ex manifeſtis
cōiecturis appareat p̄ſumit̄ mutuū ac-
cipiēs ea ītētione aliqd dare q̈ mutuū
p̄ſtans mutuauit. ut ſi ex caritate p̄ſu-
mat̄ 7 ille dediſſe ex caritate 7 libera
voluntate. Al' ſecus. nā vnuſqſq; p̄ſu-
mitur aliquid dare eo mō quo accepit
ff. man. l. ſi v̊o nō remunerādi. §. idem
papinianus. vbi dr̄ ꝙ qn̄ aliqs rē ſim-
plicit ꝯcedit p̄ſumitur donare illi qui
prius donauerat ſibi. B

Utrū hō poſſit pro pecunia mutua-
ta aliquā cōmoditatē accipe. R° ſcd̄m
Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. 78. Sicut ſi aliquis
pro pecunia mutuata uel ꝓ q̄cūq; alia
re que vſu ꝯſumitur accipit pecuniam
ex pacto exp̄ſſo uel tacito. peccat ꝯtra
iuſticiā. ita etiā qcūq; ex pacto tacito
uel exp̄ſſo accipit qdcūq; aliud cuius
p̄ciū pecunia menſurari poſſit. ſilr̄ pec-
catū īcurrit. ſ; tn̄ ſi accipiat aliqd non
quaſi exigens nec quaſi ex aliq̄ obliga
tione tacita uel exp̄ſſa ſ; ſicut g̈tuitum
donū. nō peccat. qa anteq̄ȝ pecuniam
mutuaſſet licite poterat aliqd̄ donum
g̈tis recipe. nec peioris cōditionis effi
cit̄ ꝑ hoc ꝙ mutuauit. Itē licitū ē pro
mutuo exigē, ſeu recipe recōpēſatiōem
eoꝝ que pecunia nō mēſurant̄. utputa
beniuolentiā 7 amorē eius cui mutua
uit vel aliud hui9mōi. A. Idē in ſū.
eo. ti. q. 2. B

Utrū pro pecunia mutuata poſſit li-
cite peti munus a lingua uel ab obſe-
qo. R° ſm Tho. vbi s. Sicut nō licet
expectari uel exigi mun9 a manu pa-
cto tacito uel exp̄ſſo. ita nec mun9 a lī-
gua uel ab obſeqo. qa utrūq; pecunia
extīari pōt. ut pȝ ī his q locāt opas ſu-
as q̄s manu uel līgua exercēt. Si vero
mun9 a līgua uel ab obſeqo nō q̄ſi ex
obligatiōe rei exhibeat̄. ſ; ex beniuolē
tia que ſub extimatione pecunie non
cadit. tūc licet h̄ accipe. exigere 7 expe
ctare. A. Idē ī ſū. eo. ti. q. 7. B

Sȝ q̄re ē pctm̄ accipe vſurā? R° ſm
Tho. ubi s. Accipe vſurā ꝓ pecūia mu
tuata ē ſm ſe īiuſtū. qa vēdit̄ id qd̄ nō
ē. Ad cui9 euidētiā ſciēdū ē ꝙ q̄dā res
ſūt q̄ꝝ vſ9 ipaꝝ ē ꝯſūptio. ſicut vinuȝ
ꝯſumim9 vtēdo eo ad potū. 7 panē ad
cibū. vn̄ ī tlībȝ n̄ dȝ ſeorſū ꝯputari vſ9
rei a re ip̄a. ſ; cuicūq; ꝯcedit̄ vſ9 ex h̄ ip
ſo ꝯcedit̄ res. 7 ꝓpt h̄ ī talibȝ ꝑ mutuū
trāſfert̄ dn̄iuȝ. Si qs v̊o ſeorſū vendēt

vinū.7 ſeorſū vſū vini. venderet eān
dē rē bis. uel vēderet id qđ nō ē. Vn̄
manifeſte p̄ iniuſticiā peccaret. Et ſilr̄
rōne iniuſticiā cōmittit q mutuat vinū
aut triticū petēs ſibi duas recōpenſati
ones. vnā q̄dē reſtitutionē eq̄lis rei.
aliā vō p̄ciū vſus qđ vſura dicit̄. Que
dā vō ſūt q̄ꝝ vſus nō ē ipius rei cōſū-
ptio. ſicut vſus domus ē īhabitatio. n̄
aūt diſſipatio. 7 iō in talibꝰ ſeorſū pōt
vtrūq; cōcedi. puta cū aliq̄s tradidit
alt̄i dominiū domus reſuato ſibi vſu
ad aliqđ tēpus. uel ecōuerſo. cū q̄s cō-
cedit alicui vſū domꝰ reſeruato ſibi do
minio. Et ꝓpt̄ h̄ hō licite pōt accipe p̄-
ciū ꝑ vſu domus. 7 p̄ter hoc petere do
mū cōmodatā ſicut p; ī cōductiōe 7 lo
catione domus. Pecunia aūt ſm̄ pħm
5° ethicoꝝ. 7 ī p̊ politice. p̄ncipalit̄ eſt
inuēta ad cōmutatiōes faciēdas. 7 ita
ꝓprius 7 p̄ncipalis vſus pecunie ē ipiꝰ
conſūptio ſeu diſtractio ſm̄ q̄ ī cōmu
tationes expēdit̄. 7 ꝓpt̄ hoc ſm̄ ſe ē il-
licitū ꝑ vſu pecunie mutuate accipere
p̄ciū qđ dr̄ vſura. Et ſicut alia iniuſte
acq̄ſita tenet̄ hō reſtituē ita pecuniam
quā ꝑ vſurā accepit. Q; aūt lex moſay
ca cōceſſit iudeis accipe vſurā a gētibꝰ
ꝑmiſſū fuit ad vitandū maius dānū
s. ne a iudeis deū colētibꝰ vſuras acci-
pēt ꝓpt̄ auariciā cui erāt dediti. Et ad
dit Wil. q̄ illa acceptio vſure a gentibꝰ
int̄ q̄s iudei habitabāt potius erat rei
ſue recupatō q̄; vſura. q̄a illa t̄ra iudeiſ
tota data fuit a dn̄o. A. Idē ī ſū. eo. ti.
q. 3. S; ſaluo meliori iudicio p̄fate rō-
nes efficaces nō vident̄. q̄a cuilibet p;
q̄ etiā ī rebꝰ mutuabilibꝰ differt vſꝰ a
rebꝰ. ſicut ſub̄a ab actu qui exercet̄ ī ea
Et ſi dicatur q̄ nō dr̄ differre ex eo. q̄a
in ipo vſu ɔſumit̄ ſub̄a tota. Rndetur
q̄ l; cōſumatur reſpectu ſpēi ſeu īdiui-

dui. nō tn̄ reſpectu generis. Nam res
mutuabiles recipiūt fūctione; ī genē
ſuo. ff. ſi cer. pe. l. 2. Et hoc etiā ī iure
claꝝ ē. q̄ ita ɔſtituitur vſus ī rebꝰ vſu
conſūptibilibꝰ ſicut ī nōcōſūptibilibꝰ
đ q̄ hēt Rºica ſpāl. ff. đ vſufruc. ea. re.
q̄ vſu. conſu. Itē nec vr̄ efficax alia rō
s. q̄ pecunia īuenta ſit ad cōmutatio-
nes. ſ; potius ēptiōes faciēdas. ff. de cō
trahē. emp. l. i. q̄a iſta rō nō ē gn̄ālis
Nō. n. ſe extēdit ad alias res mutuabi
les 7 ī q̄bꝰ vſura cōmittitur. ſicut 7 in
pecunia. Preterea iſta rō facēt q̄ ꝑ pecu
nia mutuata nō licēt aliq̄d accipe. cuiꝰ
tn̄ oēs 7 ipe Tho. tenēt ɔ̄triū. ut p; ī. §.
ſe. Vn̄ alij doc. vt nōt Inno. ī Rºica ex̄
eo. ponūt alias rōnes. Itē 7 ꝑ Criſo.
videtur alie aſſignari. 86. diſ. eijciens.
circa mediū. S; q̄a taliū diſcuſſio ē ꝓli
xa 7 nō multū neccīa. breuit̄ dico q̄ ſi
diligent̄ īſpiciatur. iſta vr̄ ꝓpe rō. q̄a
ſatis ɔ̄ caritatē 7 nālem cognationē ē.
vt pro vſu rei momētaneo aut nāliter
īfructuoſo cū ꝑiculo accipienti q̄lis ē
vſus reꝝ mutuabiliū p̄ciu; recipiatur
Vn̄ 7 pħus rōne nāli motus dicit ī p̊
politice. q̄ vſuraria acq̄ſitio pecuniaꝝ
ē maxime p̄ter naturā. ut 7 pōit Tho.
ſcđa ſcđe. q. 78. arti. p̊. Nec ob. ſi acci-
piens mutuū lucretur ex pecunia mu
tuata. q̄a tale lucrū potius attribuitur
īduſtrie ꝑſone q̄; pecunie. ar. l. 3. ff. ad
l. falci. S; ſūma oīu; rōnū ē q̄a deꝰ ſic
voluit 7 vſuras deteſtatꝰ ē ī veti 7 no-
uo teſtō. ex̄ eo. ſuꝑ eo. 7 iō alia rōe; q̄-
rere n̄ expedit multū. Nā Ro. xiº. dr̄.
O altitudo diuitiaꝝ ⁊c̄. Ad qđ etiā fa
cit. ff. đ legi. l. n̄ oīu;. 7. l. iō. b. S; ad
h̄ rn̄dēt iudei dicētes q̄ nō ꝑmiſit deꝰ
vſuras ꝓpt̄ illos. ſ; ꝓpt̄ alias gētes. De
illis enim mandauerat. q̄ nec ſerua-
rēt ī vita. Iō ſolutio Tho. melior vr̄.

¶ Utrū ꝯcedē pecuniā ſignatā ad oſtē
tationē vel ad ponēdū pignori ſit vſu
ra. R̄ꝫ° ſm Tho. ubi s̄. Talē vſū pecu-
nie licite qs vēdē poſſet. ſicut hō licite
vēdit vſū vaſoꝝ argēteoꝝ. qa retinet
ſibi dñiuz. Idē Hoſti. 7 habet̄. ff. cōmo
dati. l. 3. §. pſt. 7 l. ſe. A. Id etiā nōt
glo. in. c. ꝯqſt⁹. ex̄. eo. 7 id nōt̄ ī ſū. eo.
ti. q. 4. B

¶ Quō aliq conati ſūt pbare ꝙ vſura
nō eēt pctm̄! R̄ꝫ°. Dicebāt qdā ſic. Cuꝫ
creditor mutuat pecuniaꝫ ſuā debitor
obligat̄ ei ad recōpenſandū. ex̄ d̄ teſta.
cū in officijs. Ergo 7 hāc obligatiōeꝫ
pōt creditor deducē ī pactū uel ſaltem
ſpare ei⁹ effectū. Sꝫ ſciendū ꝙ qcūqꝫ h̄
ptinacit̄ tenēt eēt hētic⁹. ut ī cle. ex gui
ex̄ eo. Ad illud vō qd̄ ī ꝯ̄riū obijcit̄. di
cendū ſm Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. 78. ꝙ ille
q accipit mutuū ex debito iuſticie nō
tenē ad plus recōpenſandū q̄ꝫ mutuo
accepit. A. ſꝫ ſolū obligat̄ ī q̄tū cōmo
de pōt ex q̄dā nāli eqtate q̄ nō pōt de-
duci ī pactū. nec etiā pncipalit̄ ſpari.
ar. ex̄ de ſymo. tua nos. B. Vn̄ ꝯtra
iuſticiā ē ſi ad pl⁹ reddendū obliget̄.

¶ Utrū ꝯmittat vſurā q ſub eo pacto
matuat ut ille ſibi remutuet. R̄ꝫ° ſcd̄m
Tho. vbi s̄. Pro pecunia mutuata ni-
hil exigendū uel expectandū ē. niſi be
niuolētie affectus q ſub extimatiōe pe
cunie n̄ cadit. Ex illo aūt pōt procedē
ſpōtanea mutuatio. Repugnat aūt ei
obligatio ad mutuū faciendū ī poſteꝝ
qa etiā talis obligatio pecunia extima
ti poſſet. 7 idō licitū ē ꝙ mutuāti vnuꝫ
ſil̄ mutuet̄ aliud. ſꝫ nō licet obligare de
bitorē ad mutuū ī poſteꝝ faciēdū. Id
nō. 14. q. 3. ſi feneraueris. in glo. Con.
Hoſti. A. Con. etiā xb. 7 Goff. ut ī ſū.
eo. ti. q. 22. B

¶ Quid ſi dn̄i molēdinoꝝ mutuent
piſtoribꝫ ita ꝙ molāt ſolū ī eoꝝ molē-
dinis! R̄ꝫ° ſm xb. Uſurā ꝯmittūt. Acci
piūt enī vltra ſortē aliqd qd̄ ꝯ̄ſiſtit ī
faciēdo. 7 auferūt debitoribꝫ libtatem
molendi vbi voluerīt. Si tn̄ ipi debi-
tores propt̄ h̄ nō fūt dānificati. nō te-
nent̄ illi dn̄o ad reſtōnē aliquā niſi q̄-
tenus extimari deberet libtas molēdi
vbi volebat pēſatis circūſtātijs labor̄
7 expēſaꝝ. A. Talis libtas pro nihilo
extimanda vr̄ q̄tū ad reſtōnem qn̄ ex
eius adēptiōe nullū ſecutū ē dānū. in
cui⁹ recōpēſationē reſtō faciēda ē. ex̄
de iniur. c. fi. Puto etiā ī h̄ cāu. ꝙ ſi mu
tuū accipiēs n̄ dānificet̄ nec poſſit dā
nificari nō ꝯmittat̄ vſura. cū etiā pro-
mutuo poſſit aliqd recipi ſeu exigi qd̄
nō mēſuratur pecunia. ut s̄. §. 2°. Et
h̄ cāu ul̄ ſili qd̄ accipit̄ pecunia nō mē-
ſurat̄. nec ex pte mutuū recipiēt̄ cū in
nullo dānificet̄. nec ex pte mutuāt̄ cū
nihil plus recipiat q̄ꝫ qd̄ ex locatione
rei ſeu opaꝝ ſuaꝝ mereatur. Et multo
minus vſura ꝯmittit̄ ſi mutuū accipi
ens nō dānificet̄ nec obliget̄ ad molē-
dum vl̄ ſile. ſꝫ ſolū accipiat mutuū ret i
nendū q̊uſqꝫ ad molendinū mutuant̄
moluerit propt̄ p̄dcās rōnes. 7 qa mu
tuās pōt tēpus ſui mutui limitare. ff.
ſi cer. pe. l. vnū. Al̄ īnumerabil̄ multi-
tudo eēt vſuraria cum fūdi hodie nō
poſſint ſine mutuo locari. Immo hoc
cāu vr̄ poti⁹ ḡuari ꝯditio mutuāt̄ q̄ꝫ
recipiētis ſi diligent̄ inſpiciatur.

¶ Quid de creditoribꝫ q termino ve-
niēte ſolutiōis, nolūt cōcedē prorroga
tiōeꝫ t̄mini niſi data ſibi pecūia vl̄ alio
eqpollēti! R̄ꝫ°. Tales etiā ſi nō expſſe
exigūt vſurarij ſūt. ex̄ eo. ꝯſuluit.

¶ Sꝫ nūqd ē vſura ſi qs dederit. x. vl-
nas pāni palijs x. vlnis ī futō dādis!
R̄ꝫ° ſm xb. Ueri⁹ iſte ꝯ̄c⁹ ē pmutatōis

ꝙ mutui. ⁊ iõ nõ cadit vſura hic. A
qa ſm eundē xv. ĩ mutuo menſura re-
ſtringit̃ ad modios ⁊ lagenas ⁊ alia va
ſoꝝ genera qbꝫ mēſurari ſolēt liqda ⁊
ḡna. ut ĩ ſũ. eo. ti. q. iꝫ. vbi ⁊ nõ. qꝺ h̃
dr̃. B. Poſſet tñ fieri ĩ fraudē vſura-
rũ. vide hũc caſũ hic. ĩ. diffuſi⁹. §. zi°.
q ĩcipit. nũqd ꝯmittit̃. A. Et ibi pꝫ ꝙ
tũc h̃ dr̃ fieri ĩ fraudē vſuraꝝ qñ dãs
apponit conditionē ex q̃ conſequit̃ ali-
quã meliorationem. B

¶ Utrꝝ vſurarij ſint ĩfames. R°. Scdm
leges diſtĩguendũ ē. ꝙ aut qs ē ita vſu
rarius ꝙ exercet ĩpbũ fenus. i. ꝙ poſt
tminũ etiã de vſurario lucro ꝓuentuꝫ
ꝯputat ⁊ petit vſuras. aut etiã ſi exer-
cet vſurã cēteſimã. i. ꝙ in capite anni
vſura adeq̃tur ſorti. ⁊ iſti tales ĩfameſ
ſũt. 3. q. 7. ĩfames. ĩ fi. C. ex q. cau. ĩfa.
irro. l. ĩpbũ. A. In hac lege nõ ſoluꝫ
dr̃ de vſuris vſuraꝝ ⁊ de vſura centeſi-
ma. ſ etiã de oĩ ĩprobo ⁊ illegitimo fe-
nore ut ibi pꝫ p glo. Et hodie oĩs mod⁹
ē illegitimus. ut. ĩ. §. qd de legibꝫ. Et
ſic hodie etiã iure ciuili oĩs vſurarius
ē infamis. qꝺ ⁊ dr̃ nõre Bar. in dcã. l.
ĩpbũ. ⁊ dñs An. de bu. in. c. Raynu-
tius. ex̃ de teſta. ⁊ p h̃ fuiſſe determinatũ
ꝙ ſi frater meus ĩſtituiſſet vſurariũ he
redē ego poſſũ rũpe teſtm̃ p q̃relã ĩof-
ficioſi. C. de inoffi. teſta. l. frēs. ⁊ ꝙ
ſic de facto ꝯſuluit ⁊ obtinuit. B. Sed
ſm iura canonica ĩ q̃libet vſura ꝯmit-
tit̃ pctm̃ mortale ⁊ ĩcurrit̃ ĩfamia. 6.
q. i. ĩfames. maxĩe ſi publici ſũt vſura
rij. Nã ⁊ teſtamēta eoꝝ ĩpo iure ſunt
irrita. ex̃ eo. ꝙꝙ. li° 6°. A. Et ibi patet
ꝙ hoc ē veꝝ niſi dederit ſatiſfactioneꝫ
ſeu cautionē ſcdm formã ibi poſitã. B

¶ Utrꝝ dona ⁊ exẽnia licite poſſint reci-
pi ab vſurario data. R° ſm Ul. Sic niſi
ppt h̃ efficiat̃ ñ ſoluēdo. Nã q tũc reci
peret ab eis. teneretur eis reſtituē uel
illis a qbꝫ ĩpi acceperũt. Sec⁹ itaqꝫ ſi ha-
bēt alia p̃ter vſuras. ⁊ p h̃ nõ efficiunt̃
nõ ſoluēdo. A. Dic ꝙ ab vſurario ma
nifeſto penitus nõ poſſũt recipi oblati
ones. Itē nec res q̃ꝝ dñiuꝫ nõ trãſfert̃
ĩ vſurariũ pñt recipi ab vſurario ma-
nifeſto. ſiue nõ manifeſto. de q̃ ĩ ſe. §.
dicet̃. Itē nec aliquid recipi põt ĩ frau
dem creditoꝝ. de q̃ ſ̃ teſtõ p̊. §. iꝫ° ĩ ad-
ditiõe. v̊. itē null⁹. B

¶ Utrꝝ ĩ vſura trãſferatur dñiuꝫ. R°
ſm Ul. Sic. cũ ⁊ oĩs volũtaria datio fa
ciat trãſferre dñiuꝫ. Nã vſure dantur
volũtate ꝯditionata. ſ. qa poti⁹ vlt ali
qs vltra ſortē dare ꝙ mutuũ nõ accipe
re. Con. glo. 14. q. 4. ſi qs vſurã. A
Idē ĩ ſũ. eo. ti. q. 15. Sꝫ qa ſup iſto pũ-
cto pēdet ĩtellectus ad cognoſcēdum
vtrꝝ ⁊ qñ recipiēs rē ab vſurario tene-
atur ad reſtõneꝫ. ſciendum ꝙ ſup iſto
puncto ſũt varie opĩones. Aliq nãqꝫ
tenēt ꝙ recipiēs rē ex vſura acq̃ſitã ab
vſurario oĩno teneatur ad reſtõnem.
Et h̃ vr̃ tenē dñs Laurēti⁹ de florētia
ĩ ſuo tractatu de vſuris pte. z. q. 59.
ſm opi. Hoſti. ĩ ſũ. de pe. ⁊. re. dicens
ꝙ filij nõ hñtiuꝫ niſi de vſuris uel ſi hñt
reſpectu acq̃ſitoꝝ ex vſuris. ⁊ etiã vxor
